Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



160

caelis ut hominem a peccato eruere uel genus humanum de potestate diabali uel de inferno. Dedit nobis proprium conculcantes me impias et peccatores sobnoxios quia uerbum phalicum neglegebant. Uel alibi dedit apostolis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem inimici. Misit deus misericordiam suam et ueritatem suam. Misericordia et ueritas xpus est. In uno continentur. Nec una sine altera. Si sola misericordia fuisset licentia fuisset peccare, et si sola ueritas non potuisset homo sustinere, Animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Leones principes eorum. Catuli pleb. subditi quia mabant crucifigerem. Leo diabolus. iuxta epistola petri. Aduersarius uester diabolus circuit quasi leo quaerens quem deuoret. Propter eum ipse deus misericordia ac ueritas intellegitur qui missus a patre animas nostras eripuit de demonum potestate quinos ceu saeculi leonis deuorare nitebantur. Quid est loquitur dicens. Dormiuit conturbatus. Dormiuit enim in somno passionis cum dicere. Puncta mea turbata e. qui dictum e. Ego dormiui et soporatus sum. et resurrexi quia dns suscitauit me. Secundum illud. potestatem habeo ponendi animam meam. Fili hominum dentes eorum. arma et sagittae et lingua eorum et gladius acutus. Inimicorum dentes quasi arma inpugnantium et dicit. quos deus suae resurrectione confringit. Exaltare super caelos deus et super omnem terram gloria tua. Nullus est modus diuine exaltationis. nos uero nihil aliud de caelis. quam uidimus nouimus. Nam cum ait super caelos nostram accidit humanam. De gloria autem quae super terra est illud intellegitur quod alibi per sedis ait. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consumacionem saeculi. hinc terrum dns laqueum parauerunt pedibus meis. Cum mihi interrogacionis inferebant dolosas. et incuruauerunt anima mea in morte sed non fuit perpetualis subdita morte. Sic uoluerunt iudei xpm incuruare et non nominare eum nomen eius. Fodierunt ante in faciem meam foueam et ipsi inciderunt in ea. Cum post resurrectionem inimicis trucidati capti interfecti adque dispersi sunt. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Cantabo et psallam mundi cam dno. Exulta et contina de triumpho mortis illius liber. Cantabo praedicabo psalmum dicam opere complete. Exsurge gloria mea exsurge psalterium cum cithara et exsurgam diluculo. Diluculo enim resurrexit mane. cum adhuc tenebre essent super terram. sic enim psalterium et cithara. haec idem dictio dauica cecinerunt. Exsurge psalterium cum cithara. Quid significant ista organa. Una de superis. alia de terrenis. Quid intellegitur psalterium ad xpm intellegitur. ut illud. i redicite iohanni. que audistis et audistis. ad lumen redeunt caeci. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. et beatus quicumque non fuerit scandalizatus. hoc est diuinitas.